

1197 que investituram Pragensis et Olomucensis episcoporum ad imperatorem pertinere, ~~sed~~ et Pragensem episcopum principem fore testantur imperii, quod usque ad istum episcopum antiquitas transmisit, ~~sed~~ in isto deperit.¹ Sane dominus Daniel adeptus episcopatum multas invenit contradictiones maxime a quodam Arnolde, preposito tunc Sacense² et canonico Pragense, qui contra eum Rome agens compulsi subire peregrina iudicia et diversa, primo quidem Magdeburgensis³ et Salzbürgensis⁴ archiepiscoporum, illius in Italia, alterius in diversis locis, postea Pataviensis⁵ et Ratisponensis⁶ episcoporum, similiter et tunc Hto metropolitani Maguncie archiepiscopi,⁷ deinde multarum mediocrium personarum, quas brevitas causa pretereo.⁸ Postremo coegit eum ire Romam, in quo itinere et in quibus itineribus quantam expenderit pecuniam, pro qua conquirenda que vel qualia episcopatu fecerit dispendia, manet inexplicabile. Taceo de canonicis Bononie mortuis, qui ob favorem eius se ipsos obligarant pro pecunia, que statim concepit et peperit usutam, lucrum et fenus usque in immensum. Duravit autem hec quassatio fere per quinquennium inter episcopum et memoratum Arnoldum, cui postquam satisfactum est sum de prepositura, tum etiam de rebus ablatiis, deinceps ambo confederati sunt et ecclesia Dei quieverit.⁹ Reliqua operum eius et dierum non fuit necesse scribere, tantum parcat ei & Deus et requiescat

similiter P

Korr. folys sin
Bruggen a. 1197

1) Bgl. & firozu firkot - firkotfirkot I, 272, 282 f., Winkelman, Jb. phil. 1896, 46 f.

2) Sadzka.

3) Lindolf.

4) Grossefeld.

5) Böldger.

6) Konrad III.

7) Bruggen II.

8) vgl. den Brief Innocenz' III. an ihn vom 8. Apr. 1198, Koppf, Reg. 75.

9) Zu dem Koppf vgl. Winkelman I, 383; Lindolf 289.

1) Graßgrubing v. 1202 Mai 5 (Koppf, Reg. 1672); vgl. dazu Winkelman, Jb. phil. 1896, 28 f.